



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Omnia Latina Scripta Matthiæ Flacij Illyrici

Flacius, Matthias

Magdeburgæ

VD16 F 1296

Responsio M. Fla. Illy. data D. N. de concordia agenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36647

Si quid mihi uere ostenderitis me
aliter agere posse utilius Ecclesiæ, testor
DEVM me uestram admonitionem
non contempturum esse. Scripsi ante
paucas hebdomadas de eadem re, ad
Dominum Præceptorem, Verum nihil
mihi responder. Hac sane ratione dissi-
dium non decrescet, si nos mutuo ne
responso quidem dignabimur.

Dominus Deus pater, D. N. Ihesu
Christi suo Sancto Spiritu regat uos, me
& totam suam Ecclesiam, ut ea cogite-
mus & agamus, quæ ad gloriam Christi
ignominiam & euerfionem Antichri-
sti, & salutem miserarum animarum
faciunt, Amen. Magdeburgæ decimo
calendas Augusti.

RESPONSIO M. Fla. Illy.
data D. N. de concordia agenti.

Egit nobiscum D. N. Ecclesiæ N.
pastor nomine Ecclesiæ N. Docto-
rum de ineunda concordia, cum
Vitebergensis scholæ Theologis, quod
istud intestinum dissidium magnum
incommodum Ecclesiæ Christi affer-
ret.

ret. Cui coram uoce respondimus, nec dubitamus, quin bona fide sit eam responsionem Ecclesiasticis N. relaturus, eamque speramus & ipsis satisfacturam, ut & Domino N. probata est.

Volui tamen ego M. Flacius Illyricus etiam scriptam responsionem eidem fratri nostro exhibere, quo certius pij Doctores, nostrique in CHRISTO fratres, nostram sententiam intelligere possint.

Testor igitur Deum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, me pia concordiae cum omnibus hominibus, praecipue autem cum Vitebergensis scholae Doctoribus, cupidissimum semper fuisse, & hodierna die esse. Testantur eundem meum animum multae meae difficillimae actiones. Primum supplicationes, & monitiones ante ortum hoc dissidium, quibus, cum apud D. Philippum, tum & ferme apud omnes Vitebergensis Academiae lectores, & scriptis, & uoce usus sum, ut hoc praui sum malum impedirem. Quas multi, si nosset, aequius profecto de me iudicarent. Deinde testantur etiam scripta mea
Magde.

Magd
lam
tum f
cordia
compe
dia m
licata
rebus i
ri potu
agere u
rem, m
ptiones
Apolog
inuito
minatio
testatur
infamia
amicor
ipsum u
mina, tu
stea in
mala du
habui.
Car
putatio
ut accip
cant: Qu

Magdeburga ad D. Philippum, Scho-
lam & Rectorem missa, in quibus eis
tum supplicavi, ut inter nos pia con-
cordia institueretur, tum & uerissimā,
compendiosissimamq; uiam concor-
diae monstraui. Tertio testantur & pub-
licata: haftenus scripta, in quibus de
rebus ipsis dixi, personis, quantum fie-
ri potuit, parcens. Profecto enim si hoc
agere uoluissē, ut personas exagita-
rem, materia mihi non defuisset, & scri-
ptiones meas longe aliter instituissem.
Apologeticam certe Epistolam mihi
inuito suis publicis, grauisimisq; cri-
minationibus extorserunt. Postremo
testatur & mea multiplex crux, exilium,
infamia, paupertas, odium summorum
amicorum, & patronorum, atq; adeo
ipsius uitæ pericula, quæ ob ista certa-
mina, tum Vitebergæ existens, tum po-
stea in itineribus subiui, quæ omnia
mala dudum prospexi, præmeditataq;
habui.

Causa autem istius dissidij est dis-
putatio Vitebergensium, qui suadent,
ut accipiantur Adiaphora, ut ipsi ea uo-
cant: Quæ tamen non sunt Adiaphora;
sed

sed partim per se, partim ratione alicuius circumstantiæ impia, ut sunt hæc latius tum a me, tum ab alijs exposita. Idq; faciunt sine ulla certa spe alicuius boni sequuturi, imo cum certo timore sequutorum multorum malorum. Nam C. nihil pollicetur, & si polliceretur, quantum ei credendum, præsertim in negotijs religionis, sit, experientia docet, & eorum Catholica sententia. Quod Hæreticis non sit seruanda fides.

Porro, Deus etiam minatur quærentibus salutem ab hominibus, timenibus plus homines, quam Deum & ueritatem eius non libere, clareq; confitentibus, Experientia uero plane indicat, quam perniciosum sit Ecclesiæ istud aureum contentionsis pomum. Est enim tantum fenestra quædam, per quam toti papæ tui aditus fit, ut ipsi fatentur.

Si unica lex, quam Hamburgensis Epistola, ex actis Iuterbacensibus bis recitat, Vnd in mittel dingen sol man alles halten / wie es die alten Vetter gehalten haben / vnd yenes teil jziger zeit auch noch helt / stare debet, iam ipsi fatentur

fimet
Nec est
requir
stola a
ipso
de iud
didi u
pi, D.
in poli
unt:
genera
plectan
dentia
tum re
Ex
q; disp
quatur
declara
se istis
To
tum m
niant D
promoc
Horten
ligione
proben
crucis

finet restituimus totum papatum.
Nec est quod Vitenbergenses dicant, se
requirere candidos lectores, ut in Epi-
stola ad Hambar. scribunt, qui de ista
ipsorum generali propositione candi-
de iudicent. Sciunt enim quam can-
didi uiri sint Islebius, papistici Episco-
pi, D. Interim, item epicurei homines
in politijs, cum quibus ista fœdera iei-
unt: Qui hoc unice agunt, ut eorum
generalitatibus totum papatum com-
plectantur, quorumq; tanta est impu-
dentia, ut uno **Chorroch** totum papa-
tum regere uelint.

Ex istis Adiaphoricis, generalibus,
q; disputationibus quantum mali se-
quatur, abunde Hambürgenses patres
declarauerunt. Pie igitur faciunt ij, qui
se istis fraudibus opponunt.

Tollatur igitur hæc causa morbi,
tum morbus statim curabitur. Desi-
nant Domini Vitebergenses laudare, &
promouere istas adiaphoricas fraudes.
Hortentur omnes ad constantiam in re-
ligione, clara confessione & cruce. Im-
probent istas mutationes, fugiendæ
crucis gratia susceptas, & fenestras,
per quas

per quas toti papatui aditus patefit. Nō
iuuent Moros, Nabalos & Achitophe-
los (qui dicunt in corde suo, Non est
Deus) in persequendis pijs, & constanti-
bus Doctoribus. Non languefaciant
pios, & confirment impios, quod fieri
per Adiaphora ipsimet fatentur.

Hæc petitio iustissima, & sanctissi-
ma si impetrari ab eis potest, non solū
non facescam eis deinceps negocium,
sed etiam promouebo eorum hono-
rem, uel cū sūma mea infamia. Hæc est
unica uia piæ concordia, & nulla alia.

Putant aliqui, quod etiamsi con-
cesserint aliquid præceptores, tamen sa-
tius sit quiescere, eosq; missos facere.
Minus enim mali oriturum esse ex eo-
rum paruis concessionibus, quam ex
isto intestino dissidio, præsertim cum
nondum quicquam publice mutarint.

Qui in eo errant, quod non satis
perpendant, aut etiam ignorent, quam
multa impia in Lypsico Interim, quod
nomine Theologorum Lypsia lectum
est, contineantur. Ultra quæ tamen
adhuc sub finem se offerunt, quod &
reliqua cum suis DOMINIS Episcopis
con

conci-
lium in
tales m
etiam e
Franco
non pr
tio, sol
onibus
Item, c
datur,
cetur.

Su
nes eor
pendat
sarijs ue
eis in fa
tandem
nihil ha
constan
Dei ber
do regi
Interim
am, qu
est.

Lo
& Eccl
unanin

concordare uelint. Item, quod non solum in suis Ecclesijs, inuitis auditoribus, tales mutationes facere parati sint, sed etiam eas, & eis peiores in Marchia, in Franconia, & propemodum nusquam non promoueant. Item, quod propositio, sola fide iustificamur, in conciliationibus cum Episcopis factis, abiecta sit. Item, quod Antichristo primatus tradatur, & ipse in templo Christi collocetur.

Summa, si quis serio omnes actiones eorum, & scripta huius biennij perpendat, animaduertet eos, si ab aduersarijs uehementer urgebuntur, & nemo eis in faciem restiterit, nescio quid non tandem concessuros esse. Quod autem nihil haecenus mutarunt, non ipsorum constantia factum est, sed id primum Dei beneficio singulari accidit. Secundo regionis constantia, quæ Lypsicum Interim accipere renuit. Postremo etiam, quia eis per scripta repugnatum est.

Longe igitur gratius papistis esset, & Ecclesiæ perniciosius, nos omnes unanimiter cedere, & concedere papistis

O itis

ftis eosq; uel aliquatenus, faltem in re-
ftituendo papatu adiuuare, quam quod
fit quifquam, qui ad constantiam in
uera Religione Ecclefias hortetur.

Præfens negotium plane perinde
fe habet, ac fi quis aggeres ualidis aquis
oppositos uel pauxillum aperiat, tum
uero tota moles aquarum eo incum-
bit, perruptoq; aggere late campos, se-
getes ac pagos subuertit.

Omnes alioqui fumus a labore &
cruce ad libidinē & uentris commoda
procliuēs, quare, cum femel per Adia-
phoriftas tantæ autoritatis homines se-
mita ad effugiendam crucem oſtenſa
eſt, omnes eo magno impetu ruunt, nec
poſtea cogitant, quid, quando & quo-
uſq; pie concedi poſſit. Omnia tan-
dem eis ſunt mœra Adiaphora. Ad hoc
autem probe ſubſeruiunt Adiaphoriſtæ
nolunt enim ſpecificare (ſicut ab Ham-
burgenſibus rogati ſunt) quid, quan-
do, & quatenus concedi poſſit: ſed tan-
tum in genere dicunt, ob publicam
tranquillitatem cedendum eſſe in Adi-
aphoris, eam ipſorū generalem ſententiā
unusquiſq; accōmodat ad ea, quæ uult.
Com.

Comp
dio iſt
effugia
fitende

Pr
ſunt la
nobis p
& Eccl
ent au
perius
pinor.
Viten
tum &
in uera
lentia
Chriſt
ut uiu
Nobiſ
nos ul
uel eti
aduolu
RES

Vt

Comprimendus est igitur summo studio iste aquarum impetus, & omnia effugia a ueritate occludenda, ut confitendo & patiendo ueritas retineatur.

Proinde si patres Ecclesiae N. uolunt laborare in instituenda concordia nobis profecto rem longe gratissimam, & Ecclesiae utilissimam facient. Efficient autem id pie ea ratione, de qua superius diximus, & non aliter, ut ego opinor. Impetrent tantum a Dominis Vitenbergensibus, ut cum suo exemplo tum & scriptis omnes ad constantiam in uera religione, cauendasque fraudulentas, & impias luporum & ouium, Christi & Belial conciliationes hortentur, ut uiuente Lut. pie, utiliterque fecerunt. Nobiscum eis nihil difficultatis erit, nos ultro, non tantum tacebimus, sed uel etiam pedibus Theologorum nos aduoluemus.

RESPONSIO M. F. IL

Iyr. ad Epist. Phil. Mel.

Vtrumque scriptum editum est
mense octobri anno

1549.

O 2

Simeon